



**Litterae Societatis Iesv E Regno Sinarvm Annorum MDCX.  
& XI. Ad R. P. Clavdivm Aquauiuam eiusd. Societatis  
Præpositum Generalem**

**Trigault, Nicolas**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1615**

Serenissimo Principi Ac Domino, Domino Maximiliano, Comiti Palatino  
Rheni, vtriusque Bauariæ Duci, &c. Domino Clementissimo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68733)



SERENISSIMO PRIN-  
CIPI AC DOMINO, DOMI-  
no MAXIMILIANO, Comiti Palatino  
Rheni, utriusque Bauariæ Duci,  
&c. Domino Clemen-  
tissimo.

**V**mè Sinis nuper, Sere-  
nissime Princeps, nego-  
tiorum caussâ in Euro-  
pam redire iussus essem, alienum  
fore arbitrabar, si præter cæterorū  
morem è tam ampliore regno uacuus  
redirem. Placuit igitur, itineris  
mei testimonium in Europam fer-  
re, non quidem, ut alijs in de rede-  
untibus mos est, montium arcana  
fuluam terram, non marium

X 2 spolia

spolia seu Erythraeos uniones, non  
siluarū delitias, Sabaasq; segetes,  
non Serum labores & pretiosam  
vermium texturam, omnia olim  
peritura: sed delegi rem & insti-  
tuto meo congruam, & tamen  
magnitudine nullis facile merci-  
bus cedentem. Partem enim alij,  
ego totum Sinarum regnū in ter-  
ras alio sole calentes, mecum deue-  
xi: rerum scilicet in eo regno ge-  
starum commentarios ; quos,  
quantum per nauigationem &  
nautica impedimenta licuit, in  
itinere deinceps concinnaui, tu-  
multuariè fateor, sed verè & cum  
fide. Neq; putauit gratius me  
quidquam Europæis Christianis  
afferre posse, quam si cognoscant  
nouam

nouam Iesu Christi coloniam in  
præstantissimum illud simul & re-  
motissimum Asia regnum tot  
retro seculis, mille seris veritati  
occlusum, nunc demum resera-  
tum, deductam esse. Cum verò  
expositas hasce merces in lucem  
dare statuisset, id unum spectavi,  
cuinam Christianorum Principū  
eas primò spectandas & arbitran-  
das offerrem. nec quæsiui diu. oc-  
currit protinus tua, Princeps, Se-  
renitas, quam eo quo potui modo,  
& hac scriptione meā venerari  
par fuit. nec id unā tantum de  
caussā. Ut taceam alias omnes,  
eacertè in auitam religionem tua  
est pietas, ea in societatem nostram  
est benevolentia tua, illa sunt be-  
neficia,

( 3 )

neficia, ut iure meritissimo meos  
hosce commentarios nomini præ-  
sertim tuo inscriptos voluerim.  
Germania loquitur quam con-  
stantiae & pietatis facem præfe-  
ras, dum tanta ex aduerso tenebra  
tam varie obluctantur. Eo porro  
in societate IESV affectu, tua Se-  
renitas, maioresq; tui feruntur, ut  
huius rei fama, iam pridem per  
maria expeditissimo cursu in Si-  
nas usq; nauigarit, priusq; pænè  
de tuâ pietate Sinae audiuerint,  
quā de Sinis Europa. Accipe igi-  
tur, Princeps Serme. hosce meos de  
rebus Sinensium commentarios,  
beneficiorum in nos tuorū pignus  
tametsi longè impar. maiora qui-  
dem ( quis nesciat? ) magnitudo  
tua

tua postulat; minoratamen (quis  
ambigat?) modestia tua non re-  
cusat. Continet verò hæc à me scri-  
pta historiæ res in Sinis biennio ge-  
stas, Et eas potissimum quæ cū bo-  
norei Christianæ gestæ sunt. quæ o-  
mnia profectò, eo maiore deside-  
rio, legentium alij peruoluent, quò  
magis à te probata esse intelligent.  
Bonus Deus, iacta apud Sinas  
Christianæ fidei semina potentiam  
suā producat, Et fiorentem Ba-  
varia agrum clementiam suā con-  
seruet. Roma Calendis Martijs,  
Anno M D C X V.

Serenitatis vestræ.

addictissimus

Nicolaus Trigautius,  
è Societate I E S V.